



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXXII. De reuocatione S. Ottonis per Lotharium regem Romanorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

euadere potuerūt, nullum vltra victoribus bellum intulerint.
Stetinenses igitur hac victoria gloriōsi Domino Iesu Christo,
& seruo eius Ottoni honorem adscriebant. Ruthenos vltra
iam non timentes, sed ex captiuitatibus etiam ad humiles, &
satis indignas compositiones eos adstringentes.

*Dereuocatione S. Ottonis per Lotharium
Romanorum Regem.*

CAPUT XXXII.

366.

*Lotharius Rex
minatur S. O-
thoni, nisi re-
uersatur do-
minus.*

45



Nreca glorioſissimus Rex Lothariuſ ceterique
Prin ipes diuturnam eius absentiam agre ferent-
tes, vt pote, qui consiliis & piis artibus, pta car-
ris, tunc temporis regnū nobilitare consueverat,
auitoritate sua ei, vt celerius redeat, prcipiendo ſimil & po-
tendo mandauit; adeo, vt ipfe Rex, qui arctius eum diligebat,
iure iurando affirmaret, ſe res Ecclesiasticas in ſuum redigere
velle dominium, niſi quantocuſ ſponsam ſuam Eccleſiam
Babebergensem diu viduaram pastor pius desiderato reditu,
consolando recrearet. Apostolus itaque Pomeranorum hiſ
legationibus contraire non valens, antequam responſum Ar-
chiepiscopi Danorum recipere, ad ſedem ſuam redire com-
pulſus est.

*S. Othoreditu
m Patriam pa-
rat.*
*Amanter ex-
cipitur à Duce
Polonia Boles-
lao.*
*Venit Bamber-
gum in Vigilia
S. Thome.*

Visitatis ergo circum circa fidelibus, & in fide confirma-
tis, Christo, cui crediderant, eos commendans, iter cum suis
aggressus est. Cumq; emenso itinere Poloniā venifset, Dux
Bolezlaus, antiquus ſuæ familiaritatis custos, debiti honoris
reuerentia eum excipiens in Metropolitanā Gnezenſi Eccleſia
ſecum detinuit, tantaq; melliflua eius doctrinæ intendebat
auditate, vt euolutis octo diebus, vix dilecto Patri licentiam
abeundi indulgeret.

Tandem longa peregrinationis huius angaria, Christo
fauete, peracta, in vigilia S. Thomæ Apostoli nouus nostri tem-
poris Apostolus, Eccleſiam ſuam desiderabili aduentu latifi-

cans,

etans omni vtriusq; professionis, & sexus plebe in vnum concurrente, velut angelus Dei suscep^tus est. O quām ināstima-
bili spiritualis latitiae tripudio fideles Christi, quorum specia-
lis Pater, & nutritor piissimus hic erat, post tanti temporis pe-
regrinationem, post acquisitum summo Patrifamilias nouum
gregem, quasi de morte redditum Pastorem suum exceperūt.
O quām desiderabile fuit videre & audire tantam exercitus
Christi multitudinem non solum Canonicis, sed & monachis
nobiliter refertam, uno deuotionis ardore cum lacrymis spi-
rituali gaudio plenis in occurso eius dulcissimo psallentem:
*Domine suscipe me, vt cum fratribus meis sim, cum quibus veniens iuifi-
caſti me.*

*Gaudium ex
aduentu.*

Et congruē satīs hāc suauissima Ioannis Apostoli verba,
quem singulāri affectu patronum sibi elegerat, ita vt quotidie
se obitumque suum intimis ei precibus commendaret, pio
Ottoni post secūdum iam Apostolatum triumphanti ab om-
nibus filiis suis iubilo cordis & oris concinebant quia, beatus
hic, memor verbi Domini per Prophetam dicentis; *Quicunque
glorificauerit me, glorificab^r eum; qui autem contemnunt me, erunt in-
glorij;* omne studium, quod alij Pontifices & Principes mun-
danis lucris & castellis, atq; Vrbibus ædificandis insumebant:
hic Deo tantū & sanctis eius honorabiliter, & officiosissi-
mè exhibebat; scilicet Ecclesiis Christi, cellasq; fidelium,
nunc quidem à fundamentis construendo, nunc verò ab aliis
constructas donis optimis illuſtrando, ne super arenam,
quantocuyus casura, sed potius supra firmam
petram in aeternum mansura con-
deret habitacula.

Explicit liber III.



x

INCI-